

Franckesche Stiftungen zu Halle

Disposition der paränetischen Vorlesung von August Hermann Francke am 26.04.1718.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 26.04.1718

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-45799](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-45799)

Remedia induendi animum Theologiae
Studiofo conuenientem.

1. Memor esto Foederis Baptismalis. Seruo enim
 DEI bellum gerendum est contra Satanam, cui in
 foedere illo renuntiata fuit.
2. a puero discenda facra littera, 2 Tim. III, 15.
3. fugiendum omni studio atque a tenero confor-
 tium malorum.
4. Precibus ab ineunte aetate ita studendum,
 ut animus cum DEO magis, quam cum homini-
 bus versari discat.
5. Si haec omnia in prima aetate fuerint neglecta,
 mature resipiscendum, et animus eo maiori stu-
 dio ad abnegationem mundi et cultum DEI sincere adiciendus.
6. Si quem videas amore DEI flagrantem et
 verbum eius amantem, cum emuleris et cum eo verseris.
7. Nulla dies abeat, quin animi tui corruptionem
 accuratius pernoscere studeas.
8. Quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque
 iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, qua-
 ecumque bona fama, si qua virtus, si qua laus, disci-
 plina, haec cogitet, haec agat. Phil. 4, 8. 9.
9. Muliebrem animum cum pestem fugias.

10. Pugnam aduersus prauas cupiditates quotidie renoues.
11. Theologos eruditos quidem, sed vanos, gloriam mundi sectantes, favorem hominum captantes, aut aliis vitis immerfos, nunquam tibi exempli loco proponas; sed potius eos, quos videris vel audiveris cum scientia ac prudentia solida ac firma studium fervidum sanctimoniam coniungere, et doctrina pariter et exemplo alios edificare.
12. Libros scandalosos per omnem aetatem fugias, quippe qui immane quantum corrumpunt animum, cures autem, ut, quos post scripturam Sacram legis libris, ii sint optimi, selectissimi et exquisitissimi.
13. Recte Erasmus in Ratione seu Compendio verae Theologiae praefatus Aetationis loco Novo eius Testamento: Animum adferas Theologia dignum, non tantum purum ab omni, quoad fieri potest, vitiorum inquinamento, verum etiam ab omni cupiditatum tumultu tranquillum ac quietum: quo expressus in nobis velut in amne placido, aut speculo levi et
- ex-

exterfo, reluceat eterna illius Veritatis
imago. Hoc Erasmus. Ideo studendum
erit Paci DEI, quae est supra omnem ratio-
nem, ut ea animum nostrum custodiat in
CHERISTO IESU.

14. Neque autoritas Praeceptorum, neque
exemplum Commilitonum unquam
te moveat, nisi quatenus illi CHERISTIA
fuerint imitati.

15. Optime Stephanus Gausenus de ratio-
ne concionandi: Vere et sicte concionator
eloquentissimus mihi respondisse videtur,
qui interrogatus ab amico, qua via potis-
simum magnos in eloquentia Christiana
progressus faceret: si, inquit, maxime
ames Christum. Hoc ad rem nostram re-
cte accommodamus: tum enim maxime
unusquisque induet animum Theologiae Stu-
diose convenientem, si maxime amet
Christum.

16.

14 A 170: 106

16. Christus discipulis suis dixit, imo omnibus Luc. 9, 23. Si quis vult me sequi, abdicet se ipsum, et attollat crucem quotidie et sequatur me. Confer Matth. 16, 23, ubi Christus Petro dixit: non lapis, quia sunt PES, sed quia sunt hominum, cum animum a ferenda cruce alienum ostenderet. Rine manifestum est, nec Theologia Audiolum sapere, quia sunt PES, seu, animo Theologico minime esse, nisi ante omnia hoc Christi praeceptum de abnegatione sui ipsius in quotidianam deducat praxin.

17. 1 Cor. 9, 27. Paulus ait: contundo corpus meum, et in servitatem redigo, ne quo modo cum aliis medicarim, ipse reiectaneus fiam. Hoc ipsum Pauli exemplum pertinet etiam ad induendum animum Theologicum Audiolo convenientem. Licet enim hoc minime, ad

ad externas flagellationes corporis
referendum, sed potius secundum
indolem Evangelii intelligendum
sit; bene tamen sic exponitur:
crucifigo veterem hominem, i. e. cu-
piditates pravas subigo, nec frenam
illis laxo; tum si corpus lasciuire
vult, et disciplinam abicere, verberis
illud ieiunio, vigiliis, labore, ut pe-
tulantia eius retundatur et id in
ordinem redigatur, ne spiritum impe-
diat, ne, dum carnem meam mollius
tracto, eique indulgeo, aliis tamen
predico, eo ipso gratia Dei excidam,
aut ad predicandum ineptus fiam:
que est Beati Speneri Paraphra-
sis in hunc locum.

18. Suam etiam in Christo mentem Paulus in Epistola ad Phil. c. III, v. 7-14. his expressit verbis: Quae mihi erant — supernae vocationis Dei in Christo Iesu. Huc adspiceret, quisquis animi vere theologiæ cupidus existit. Similis huic locus, qui in exemplo animum ad indolem Evangelii compositam et efformatam representet, in Scriptura non est.

Entwurf zur Vorlesung A. H. Franckes
am 26. 4. 1818

vgl. Tagebuch A 171. 1 April, S. 36
und Nachschrift N 6, S. 104-108, 127-131